

PARTICPIA FUTURA A INFINITIVNÍ VAZBY
EXERCITIONES

1. Multi christiani armis muniti contra Thartaros pugnaturi in Poloniā processerunt.
2. Omnibus et singulis tam praesentibus quam futuris hanc litteram visuris, lecturis vel legi audituris testamur providum virum Wenceslaum plena sua ratione fruentem ultimum testamentum suum facere.
3. Vocat ad se nobiliores et quos relicturus erat in regno.
4. Quam quidem praesentationem dicto plebano et eius successoribus post obitum suum libere donavit et assignavit perpetuis temporibus valitaram.
5. Iohannes hanc summam divisim, videlicet in festo s. Procopii proxime nunc venturo quattuor sexagenas et in festo Assumptionis sanctae Mariae Virginis illud festum s. Procopii immediate secuturo quattuor sexagenas gr. Prag. solvere promisit.
6. Quid extunc dicturi sumus si aliorum avaritiam detestati erimus et ipsi divitias cupiemus.
7. Romanorum rex igitur damna suorum aequo animo transire noluit sed congregata bellatorum multitudine in metis Moraviae regem debellaturus robur sui exercitus collocavit.
8. Homo in iudicem eligendus est, qui non est periurus nec etiam debet esse excommunicatus, ne sit etiam iudeus nec hereticus.
9. Exempla bona vobis imitanda erunt, mala vitanda erunt.
10. Ave Caesar, morituri te salutant.
11. De duabus malis minus est eligendum.
12. Quod erat demonstrandum.
13. De gustibus non est disputandum.
14. Sors est sua cuique ferenda.

Následující věty v přímé řeči převed'te na řeč nepřímou:

- Respondet: „Illum numquam vidi.“
- Statuimus: „Cras proficiscemur.“
- Promitto: „Omnia dicam.“
- Dicet: „Romae mansi.“

- Minatur: „Ille punietur.“
- Gaudete: „Ego valeo.“

Následující věty vyjádřete pomocí opisného časování trpného:

- *Quis haec dicere debuit?*
- *Oportet manibus uti.*
- *Puto necesse esse ducem milites hortari.*
- *Notum est vos audiri debere.*
- *Opus erat Antonium domum venire.*

Přeložte:

1. Vojáci viděli, že požár ničí ve městě mnoho domů.
2. Augustus řekl, že Vergiliovy básně proti jeho vůli nebudou spáleny.
3. Vojevůdce slíbil, že město bude uhájeno.
4. Thales říká, že voda je počátkem všech věcí.
5. Víme, že závist byla příčinou mnoha válek.

Difficultates Caesarianorum et Pompeianorum apud Dyrrhachium

Iamque frumenta maturescere incipiebant atque ipsa spes inopiam sustentabat, quod celeriter se habituros copiam confidebant; crebraeque voces militum in vigiliis colloquiisque audiebantur prius se cortice ex arboribus victuros quam Pompeium e manibus dimissuros.

Libenter etiam ex perfugis cognoscebant equos eorum tolerari, reliqua vero iumenta interisse; uti autem ipsos valetudine non bona cum angustiis loci et odore taetro ex multitudine cadaverum et cotidianis laboribus insuetos operum, tum aquae summa inopia affectos. Omnia enim flumina atque omnes rivos, qui ad mare pertinebant, Caesar aut averterat aut magnis operibus obstruxerat.

(Caesar)